



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatum Serie Vigesimo-Octavo De Matrimoniis, &
Sponsalibus, cum Indicibus necessariis

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

De filiis gignendis, concupiscentiaque sedanda. Pun. 3.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76659](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76659)

Quocirca nisi alia coniectura adsit, quæ fictionem adiuuare certò moraliter persuadeat, pro matrimonij valore standum est, vt tradunt Sotus in 4. d. 27. quest. 1. artic. 3. propositi. 1. Nauarr. cap. 2. numero 82. Couaruu. 2. part. decret. cap. 2. numero. 4. Sanch. lib. 2. disp. 45. num. 3. Et sequ. plures referens.

3. Coniectura autem huius fidei consensus aliquæ referuntur. Prima si cum vir protulit verba consensus incontinenti reuocat, præsumi potest per inadvertentiam, & inconsiderationem ea protulisse, iuxta Textum in cap. praterea, de testibus cogendus: sicuti tradit aliis relatis Sanch. dicta disp. 45. numero 6. Quod stante decreto Trident. vix locum habere potest, cum Parochus teneatur contrahentium consensum diligenter explorare, vt bene aduertit Coninch. disp. 26. dub. 6. numer. 70. Secunda, si post contractum matrimonium paulò post afferat se fidei coconsensisse, & matrimonium aliud inear, quia non est præsumendum ita citò reuocaturus consensum præstitum, & cum damno prioris vxoris ad alias nuptias transiurus: quod à fortiori procedit, si ad Ordinem sacrum ascendat, vel Religionem ingrediatur. Credi enim non debet hos status ita perfectos assumpturus grauissimum peccatum mortale committens. Sic Angelus, verbo Matrimonium 2. num. 16. Syluest. eodem 4. quest. 9. dicto 1. & 1. Nauarr. cap. 2. num. 77. Sanch. lib. 2. disp. 45. num. 7. Ceterum verius censo hanc coniecturam fidei consensus plenam non præstare probationem. Qui enim ausus est Sacramentum matrimonij eludere, & coniugem decipere, quid mirum si audeat Ordinem, vel religionem contra legitimas sanctiones assumere. Quare nisi alia causæ adhibeantur fidei consensus, hanc insufficientem iudicarem, vt bene notauit Coninch. disp. 26. dub. 6. num. 71. Tertia si coniux asserens fidei coconsensisse disparis conditionis sit ab alio tum in diuitiis, tum in nobilitate, satis præsumi potest fidei consensus præbuisse inquit Menoch. de præsumptionib. lib. 3. præsumpt. 1. num. 35. Et cons. 385. num. 20. volum. 4. Couaruu. 4. decret. 2. part. cap. 2. num. 4. Victoria de matrim. num. 249. Palacios in 4. d. 28. disp. 1. Sed neque hanc crederem sufficientem coniecturam fidei consensus, cum sæpe videamus viros cæco amore ductos coniuges pauperes, & ignobiliores assumere, vt bene notauit relatis Rossella, Nauarr. Syluest. & Bartholom. à Ledesma Sanchez dicta disp. 45. numero 8. Vnde etiam feminæ permitti possit ex vi huius testimonij in foro conscientie alteri nubere; at viro in foro externo nequaquam permittendum est, vt rectè dixit Coninch. dicta disp. 26. dub. 6. num. 71. Quarta si testimonium fidei consensus comiter metus grauis, et si per se insufficientis ad irritandum matrimonium, quia tunc illa circumstantia manifestatio fidei consensus simul cum metu morale certitudinem inducunt defuisse verum animum contrahendi. Sic Sotus in 4. dist. 27. quest. 1. artic. 3. propositi. 1. Bartholom. à Ledesma. dub. 19. de matrim. quos refert, & sequitur Sanch. lib. 2. disp. 45. num. 12. Coninch. dicta disp. 26. dub. 6. num. 71. Et hanc coniecturam probandam censo, maximè si ex parte puellæ contingat. Quinta refertur, si verique coniux fateatur fidei coconsensisse, quia fidei consensus nulla alia lucidior probatio haberi potest, iuxta doctrinam Baldi in leg. fin. numer. 2. r. Cod. de Heredib. instituenda. At hæc coniectura mihi insufficientis videtur, cum sæpe contingat vtrique coniugij matrimonij contracti poenitere, qui si hac via illud dissoluere possent multis fraudibus parerent ostium. Facilius enim credi potest, vt rectè inquit Coninch. dicto dub. 6. num. 71. eos tunc mentiri, quam antea fidei matrimonium contraxisse, præcipue si publice contractum est, vel consummatum. Debent ergo aliam causam sui fidei consensus exhibere. Sexta, quam Doctores plures sufficientem iudicant, alij insufficientem asserunt est protestatio contractum matrimonij antecedens. Si enim assertor fidei consensus protestatus fuerit antecedenter ad matrimonium se fidei coconsensurum, censetur Ioan. Andreas, Calderinus, Petrus de Ledesma, Manuel Rodriguez relati à Sanch. & Gutier. locis statim referendis sufficienter probare inualidè contraxisse. Econtrà Glossa in cap. tua de sponsalibus, verbo Mulierem communiter approbata à Doctores teste Couaruu. 14. decret. 2. part. cap. 2. in princip. num. 3. Nauarr. cap. 2. num. 78. Mascard. de probationib. conclus. 1243. numero 10. & sequentibus prædictam protestationem non prodesse, sed ab ea fuisse recessum factò contrario, scilicet matrimonij contractu. Sed communis sententia, quam multis allegatis tradunt Couaruuas, Mascard. vbi supra, Thom. Sanch. disp. 44. num. 19. Gutier. de matrim. cap. 52. num. 2. prædictas sententias concilians vt prima procedat si protestatio facta est altero coniuge sciente, & consentiente; secunda, si facta est protestatio altero coniuge ignorante, vel repugnante. At vt rectè aduertit Coninch. dicta disp. 26. dub. 6. scientia alterius coniugis non infert recessum à protestatione, quia consensum non inducit magis quam ignorantia, sed solum præstat, ne contractus factus iniurius sit alteri contrahenti: Quapropter perquirenda sunt diligenter causæ, quæ ad prædictam protestationem mouent, quæ si moraliter loquendo inducant dissentium, & hæc tempore contractus perseverat

inualidus iudicari debet contractus, vt contingit si ad matrimonium metu cadente in constante virum cogatis, & etiam eorum testibus protestatis non consensurum, nullatenus contractu celebrato cõsensus es à protestatione recessisse, vt colligitur ex cap. Lorbarios 32. quest. 2. Et cap. 2. de his qua vi, mensura causa sunt. Et ibi Glossa, & Doctores communiter teste Sanch. lib. 2. disp. 45. num. 22. Mascard. concl. 1243. n. 13. Et Gutier. dicto cap. 52. n. 4. prædictam doctrinam comprobantibus auctoritate Dni in leg. qui in aliena ff. de acquirenda hereditate. Notanter dixi, si causa protestandi, & dissentienti tempore contractus perseverat, nam si cessauit, præsumi potest à protestatione recessisse, ideòque si metu ductus protestatus ex dissentium, & sic contraxit inualidus est contractus. Ac si post contractum copulam liberè habuisti censeris à protestatione recedere, & matrimonium denuò contrahere illis in locis, vbi Tridentina. receptum non est, & matrimonium clandestinè contrahi potest, vt colligitur ex cap. in super 4. Qui matrimonium accusare possum. Secus verò vbi est Tridentinum receptum, & matrimonia clandestina nulla sunt, sicuti notat Nauarr. cap. 22. num. 78. Gregorius Lopez, leg. 3. verbo carnaliter, tit. 4. part. 4. Sanch. lib. 2. disp. 45. num. 21. & 23. Gutier. cap. 52. num. 10.

4. Hucusque dictum cum agitur de dissoluedo matrimonio ob defectum consensus; si autem ob impedimentum aliquod affinitatis consanguinitatis &c. lis interceat, vno testi fidem non necessario adhibere debes, imò nec potes, vt propter eius testimonium vel matrimonium dissoluatur, vel debitum petenti denegetur, quia iura matrimonij soliditate non debent minui ob probationem tantum probabilem, vti constat ex cap. cum à nobis de Testibus, & attestantibus. Solum enim illud testimonium te obligat ad veritatem diligenter investigandam; ea autem diligentia facta, si noua probatio non superueniat, qua impedimentum plene probatum dubium deponere debes, & in matrimonio, eòque vi perseverare. Sicuti pluribus firmat Sanch. dicta disp. 45. num. 24. Doctores namque communiter conveniunt ad probationem impedimenti, quæ pro dissoluedo matrimonio necessaria est debere duos testes omni exceptione maioribus concurrere ex cap. in super eo. cap. cum à nobis de Testibus, & attestantibus. Hi autem censentur etiam consanguinei si probata vitæ sint, & matrimonium illis esset expediens: tunc enim eorum testimonium de matrimonio impedimento nulla exceptione repelli potest, sicuti repelluntur domesticis in cap. in literis, de Testib. vt bene docuit Gutier. de matrim. cap. 44. præcipue à num. 83. Quinimo ipsi sunt contrahentes, vel alter illorum, si constaret matrimonium cupere sufficienter essent, vt eis deponentibus de impedimento fides adhiberetur, maximè si cum eorum depositione fama concurreat vt aduertit Sanch. d. lib. 2. disp. 45. num. 34. Coninch. disp. 26. dub. 6. concl. 3.

5. Ad extremum aduerte esto concurrant illæ coniecturæ, quæ fidei consensus inersuisse demonstrant, vel illæ probationes, quæ impedimentum adesse concludunt adhuc non licere coniugibus propria auctoritate matrimonium dissolueri, si matrimonium publicum sit, sed necessariò Iudicis auctoritas requirenda est, ne scandalum generetur. Secus videtur dicendum, si de matrimonio contracto non constat quia fuit clandestinum, vel si publicum fuit, iam testes obvio, neque vllum adesse manifestationis periculum, cessat enim ratio, ob quam auctoritas Iudicis requisita est. Atque ita docet Henric. lib. 1. cap. 11. n. 4. Bartholomæus à Ledesma de matrim. dub. 19. in fine. Sanch. lib. 2. disp. 45. num. 13.

PUNCTUM III.

De filiis gignendis, concupiscentiæque sedanda.

1. Matrimonium in filiorum generationem, & in concupiscentiam remedium institutum est.
2. Nullum est peccatum, si coniuges copulentur ob aliquem ex dictis finibus.
3. Qualiter ob alios fines extrinsecos eis liceat copulari?
4. Qualiter matrimonium prolem legitimam reddat? Respondeatur remissive.

1. **M**atrimonium vt de se constat institutum præcipue est in filiorum generationem, vt hac via genus humanum conseruaretur, & multiplicaretur. Deinde institutum est in concupiscentiæ remedium: quippè post lapsum primi parentis opportunum fuit hoc institui remedium, ne caro quæ aduersus spiritum concupiscit voluntatem ad illicitos concubitus pertraheret, ideòque Paulus 1. Corinth. 7. inquit Propter fornicationem scilicet vitandam, unusquisque suam uxorem habeat. Et paulò inferius: Reuertimini in vobis: non tenet vos Sathanas propter inconuenientiam vestram. Neque his obstat, quod eodem loco dixerit de coniugibus: Tribulationes carnis carnis patientur huiusmodi. Nam vt rectè expi

explicat D. Thom. Caietan. Cornelius, Iustinian alisque expolitores tibi, noluit Paulus significare coniuges grauiores carnis tentationis parique quam eos qui matrimonio iuncti non sunt: sed declarat anxietudines, & tribulationes, quas coniuges frequenter patiuntur tum in filiis procreandis, tum in domesticis alendis, tum in se inuicem supportando: hæc enim omnia cum ad corpus pertineant, tribulationem carnis Paulus appellauit, vt teneatur precitati Doctores.

2. Ex his inferitur nullum esse peccatum, si coniuges copulentur ob aliquem ex prædictis finibus, quia operantur ad finem à Deo præordinatum: vt bene tradit Durand. in 4. d. 3. 1. quæst. 4. Paludan. quæst. 2. art. 3. Ioann. Maior. quæst. unica concl. 4. Nauarr. cap. 16. num. 32. Michaël de Medina de sacrorum hominum continentia lib. 3. c. 13. Philiate. de officio Sacerdot. 2. part. lib. 4. cap. 19. Coninch. disp. 34. dub. 7. concl. 1. Saa. verbo debitum num. 5. Paul Layman. lib. 5. sum. tract. 10. 3. part. cap. 4. num. 2. Gaspar Hurtado disp. 10. difficult. 2. Neque hanc rectitudinem tollit, tamen si coniuges, orationibus, alijsue medijs possent concupiscentiam sedare, quia est consilium esset illis vt, nullo tamen præcepto astringuntur ob eorum vnum ab vltio coniugalis copulæ abstinere, cum sit medium à Deo institutum, & ab Apostolo commendatum, vt rectè notauit Laym. d. cap. 4. num. 2.

3. Verum si ob alios fines extrinsecos copulam habeas scilicet, ob voluptatem carnis, communiter Doctores docent peccatum veniale committere: quia alienum est à ratione naturali velle bonum delectabile consequi medio nullam per se honestatem habente: vt ex communi sententia tradit S. Thom. in 4. d. 3. 1. quæst. 2. art. 3. Bonauent. art. 3. q. 3. Sanch. alius relatis, lib. 9. disp. 11. num. 4. At oppositum verius credo, & quidem de copula habita ob sanitatem corporis docent, Ioan. Maior. in 4. d. 3. 1. q. unica concl. 3. Hentia. lib. 1. tract. 10. 5. num. 5. Coninch. disp. 34. dub. 1. concl. 2. num. 10. Basil. Ponce. lib. 10. cap. 8. num. 9. Si enim licitum est, & rationi rectæ consensum coniugali copula vt in conseruationem speciei, cur non liceat ea vt ob conseruationem proprii individui, cum ad huius conseruationem secundario saltem referatur? sicuti bene alius relatis arguit Paul. Layman. lib. 5. sum. tract. 10. par. 3. cap. 4. num. 2. De copula vero ob voluptatem inde capiendam, si nimia non sit, probat alius allegatis Basil. Ponce d. d. 10. c. 8. Non enim rationi dissonum est velle delectationem eorumque copulæ coniugali, quæ ex se actus est iustitiae, vt latius dixi disp. præced. p. 10.

4. Supererat dicendum qualiter matrimonium possit illegitimam prolem legitimam reddere? Sed de hac qualitate satis abundè diximus, tract. 1. 3. de beneficiis, disp. 4. punct. 1. neque aliquid nouum occurrit notandum.

PUNCTUM IV.

De potestate petendi debitum, & obligatione reddendi, quam coniuges habent.

S. I.

Qualiter coniuges petere debitum possint, & teneantur reddere?

- 1. Vnusquisque coniugem alteri teneatur debitum reddere.
- 2. Debet tamen peti tanquam debitum.
- 3. Nec est necesse verbis exprimi petitio, sed sufficit signis.
- 4. Non est tacita petitio, quod alter periculum incontinentiæ habeat.
- 5. Negatio debiti legitime petiti, peccatum mortale est.
- 6. Obligatus est coniugem simul cum coniuge habitare, nisi necessitas conseruandi familiam urgeat.
- 7. Item obligatus est coniugem conseruare viros necessarias ad debitum reddendum.

1. **E**X potestate à Deo accepta vnusquisque coniugem alteri in vnoquoque resultat potestas vtendi corpore alterius, & obligatio reddendi, si petatur. Sic omnes Doctores Catholici eam doctrinam colligentes ex Paulo, 1. Corinth. 7. *Vxori vir debitum reddat, similiter & vxor viro.* Non enim dixit Paulus: *Vt debitum petat, sed reddat,* quia petitio coitus libera est, neque coniugem arctat quantumvis variis tentationibus vexetur, potest enim orationibus, ieiunijs, alijsque medijs periculo incontinentiæ consulere. Quapropter sola redditio est in præcepto, & obligat, sub mortali, cum debitum petitur tanquam debitum sine expressis, sine tacite, serio, constanter, & rationabiliter, vt ex omnium sententia tradunt S. Thom. in 4. disp. 32. q. unica art. 2. quæstio. 1. Durand. q. 1. art. 1. Nauarr. cap. 16. num. 26. Paul. Layman. lib. 5. tract. 10. par. 3. c. 1. num. 1. Coninch. disputat. 34. de matr. dub. 2. conclus. 3. Gaspar Hurtado disp. 10. difficult. 1. 1. num. 59. Basil. Ponce, lib. 10. de matr. c. 2. num. 4.

2. Expendenda sunt verba huius obligationis. Vt igitur obligeris sub mortali reddere debitum Nam si constet, solum tibi peti ex gratia, & beneuolentia absque animo inducendi obligationem, negatio debiti eo casu peccatum non erit, quia non est petenti iniuriola, cum non ex iustitia petat: vt bene aduertit Rebel. de matr. lib. 2. q. 16. sect. 1. Gaspar Hurtado d. d. disp. 10. difficult. 1. 1. num. 51. Deinde debet peti serio, & constanter, quomodo petendi indicatur peti tanquam debitum, sibi que molestum esse si denegetur. Item debet petitio rationabilis esse, non immoderata quod prudentis arbitrio spectata coniugum condicione diiudicandum est.

3. Neque oportet prædictam petitionem verbis exprimi, sufficit si aliquibus signis indicetur, apè enim foemina naturali pudore impeditur non audent expresse debitum petere, sed solum aliquibus signis satè animum indicant, quod sufficiens est, vt vir teneatur reddere, vt est omnium sententia. Et idem est ratio contingere potest in viro comparatione foemina: à qua ob eius auctoritatem, vel morum asperitatem debitum non audeat expresse petere, sed tacite, cui foemina tenetur sub obligatione annuere, vt rectè notauit Sanch. lib. 9. disp. 2. m. 4. & 5. Basil. Ponce lib. 10. cap. 2. m. 2.

4. Addit Basil. esse tacitum petendi genus, si coniugi periculum incontinentiæ subit, nisi tu cum ea copulam habeas, tamen ad illam habendam necessarium sit quod debitum exigas, illa enim debiti exactio, redditio est debiti à necessitate petiti. Quippe matrimonium in concupiscentiæ remedium institutum est, ac proinde ex illo videntur coniuges obligari sibi inuicem pericula incontinentiæ remouere. Sed rectius Coninch. disp. 34. dub. 2. conclus. 2. num. 14. Gaspar Hurtado disp. 10. difficult. 1. 1. num. 46. censent ex matrimonij contractu te obligatum non esse ab alio debitum exigere, vt periculum incontinentiæ in eo vitas, quia per matrimonium tuum corpus alteri tradis, vt eo vitatur, cum sibi rationabiliter placuerit, non autem vt cum obliges ad illius vsum: aliàs obligatus esses petere debitum, tamen agnosceres coniugem non conseruatum. Quod verò matrimonium in concupiscentiæ remedium institutum sit, id solum probat quemlibet coniugem potestatem habere corpore alterius vni, vt in se concupiscentiam sedet, & obligationem reddendi cum sibi fuerit postulatum, vt in altero incontinentiam euitet. Illud verò est certum obligatum esse quemlibet coniugem incontinentiæ pericula ab alio coniuge remouere, sicuti & quodlibet aliud peccandi periculum: ratione enim mutue subordinationis vnusquisque alterius saluti consulere tenetur, vt bene notauit Coninch. d. dub. 2. n. 5.

5. Verum est negatio debiti sic petiti regulariter peccatum mortale sit, si nulla subit legitima causa negandi, aliquando, inquit Eman. Saa. verbo debitum, num. 18. Sanch. lib. 9. disp. 2. a. n. 10. Basil. Ponce, lib. 10. cap. 2. num. 5. Paul. Layman. & Coninch. supra. veniale peccatum esse ob leuitatem materiae, vt si non absolute negasti, sed aliquantulum distulisti, aut si aliqua regeneratione à petitione coniugem auertisti, Quinimo Basilio placet, si negatio continua non sit, sed vna, vel altera vice, aut si petenti mane reddas nocte non esse mortale secluso incontinentiæ periculo. Quod probandum non censet. Tum quia vnica negatio debiti serio, instantè, & legitime petiti grauis materia esse videtur, & sufficiens occasio excitandi rixas, discordias, & inimicitias inter coniuges. Tum quia periculum incontinentiæ frequenter timeri potest, si renuas debitum concedere tempore quo coniugis ad coitum excitatus est, neque huic periculo consuli nocturna concessione debiti mane postulari. Quocirca cautè procedendum est, & potius præstat petenti absque difficultate annuere, quam aliquam in redditione difficultatem ostendere, ne coniugalis amor minuat, & ad illicita percutrat.

6. Hinc inferes, obligatum esse coniugem simul cum coniuge habitare, neque posse ea renuente longam peregrinationem, & rebus domesticis augendis, vel conseruandis non necessariam instituere. At si necessitas alenda familiae postulet non debet peregrinationem omittitè, vt voluptati coniugis satisfaciatur. Breues autem peregrinationes vsus, & consuetudo in viuis permittit, secus in foeminis viro non consentiente: vt hæc omnia tradit Sanch. lib. 9. disp. 4. per totum Coninch. dub. 2. in fine.

7. Secundo inferes obligatum esse coniugem conseruare viros necessarias, vt debitum iuste petitur reddere possit, quia est medium necessarium, vt obligationi reddendi debitum satisfaciatur, sicuti notauit Basil. Ponce, lib. 10. cap. 2. num. 6. Vnde si aduertit pollutionibus voluntarijs aut copula cum alienis, se reddi notabiliter impotentem ad coniugalem vsum, sine dubio peccat contra iustitiam, & ius debiti matrimonij, vt aduertit Sanch. lib. 9. disp. 3. num. 3. Basil. Ponce, d. cap. 2. num. 6. Layman. lib. 5. tract. 10. 1. part. cap. 1. num. 2. Quinimò obligatus est à ieiunijs, & penitentis etiam præceptis abstinere, si ob illorum executionem aduertat ab usu coniugali impediti, quia obligatio iustitiae, quam excutere non potest cuiuslibet alteri obligationi preferenda est: raro tamen hic effectus ex obseruatione præcepti Ecclesiastici